



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Laudemium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

oco interdicto fiat irregularis? Respon-
detur, quod si, c. is qm. §. is verò, de sent.
excom. lib. 6. secus verò si esset Ecclesia
interdicta per sanguinis, vel seminis effu-
sionem, Ioh. an. c. fi. n. 7. de excess. Prel. &
Anchar. in d. c. is qui, n. 1.

Tertium dubium, an qui moritur du-
rante interdicto, eo post à sublato, pos-
sit sepeliri in loco sacro? Respondetur
quod sic. Innoc. loc. cit.

Quartum dubium, quinam admitti
possint ad audienda sacra tempore in-
terdicti, vide Nav. loc. cit. n. 180. Innoc.
in c. quod nonnulli, n. 2. de privil.

Quintum dubium, quenam dicantur
suburbia adhærenia, & usque ad quem
locum durent, vide Ancha. in c. si civitas.
de excom. lib. 6. num. 2. & quid de domi-
bus separatis, & non contiguis civitati,
& suburbii, idem ibidem, & facit pro
intellectu hujus text.

Sextum, interdictum non potest po-
ni in Civitatem, Castrum, &c. pro debi-
tis pecuniariis, Bonifac. VIII. Bul. 1. Cle-
ment. Bul. 35. vide Bul. Pii V. 155. quæ in-
cipit, Romani. & Greg. XIII. Bul. 7. quæ
incipit, Ea est rerum.

LIBELLUS FAMOSUS.

Primo, libellus famosus quid, sit quæ
pœnæ componeant illum, vel legen-
tis, vel non lacerantis, vide glos. in Sum.
3. q. 1. §. ob carnem. 4. q. 3. l. unica, C. de sam.
libel. Sylv. in ver. libellus, §. 5. Ang. eo. vers. 1.
§. 1. & Bullam Pii V. de hac materia, vi-
de Cov. l. 1. c. 2. n. 7. ver. 2. var. resol. vide
Nav. in c. pen. dist. 6. ubi habes, quæ pec-
cata committantur ab illis, qui compon-
unt libellos famosos.

Secundò, libellum famosum faciens
contra Papam, vel Cardinales, sunt ex-
communicati ipso jure, Extravag. Marti-
ni V. similiter contra Generales Mendic-
antium, Cajet. in ver. excommunicatio, c.
8. & similiter contra Prælatos Ecclesiæ,
Conc. Eli bert. in c. si qm. §. q. 1.

Tertio, qui faceret libellum animo
publicandi delicta juridice, & ea pro-
bandi, & ut crimina illa hoc medio pu-
blicentur, ut probata puniantur, non in-
currunt aliquam pœnam, c. quidam ma-
ligni. §. q. 1.

LAUDEM IUM.

Primo, Laudemium non debetur in
permutatione, donatione, datione in
solutum, sed solūm in venditione, nec in
nova investitura, Boer. decis. 263. & Guid.
Pap. quæst. 92. n. 1. & quamvis loquatur
in feudo, potest tamen extendi ad om-
nes contractus hujusmodi, propter idé-
titatem rationis, idem n. 1. 2. & 6. nisi aliter
habeat consuetudo, vel pactum, ibi-
dem n. 12. 13. & 14. Guid. Pap. q. 415. n. 3.

Secundò, quibus casibus Laudemiu-
m solvī non debeat, vide Sylv. in ver.
emphyteusis, num. 28. §. 21. ubi enumerat
quinque casus, vide Guid. Pap. quæst. 48
n. 2. nec debetur in remissione, quæ fit
inter socios, idem quæst. 42. n. 2. Tiraq. de
utroque retract. tit. 1. §. 6. gl. 1. à n. 1. & in-
fra. & §. 1. gl. 2. num. 7. vide Vinc. de
Fran. decis. 201. ubi habes, an debeatur in
legato, & quare debeatur, an in dona-
tione, vide Rodoan. tract. dñereb. Eccles.
non alien. q. 66. & quæst. 2. c. 10. & 11.
contract. censuales, §. 6. Sylv. in ver. dos. §.
8. n. 9.

Tercio

Tertiò, quanta sit pars Laudemii solvenda directo domino ab emphyteuta de pretio, quo vendit jus suum, vide superius in ver. *emphyteuta n. 5.*

Quartò, an debeatur ex donatione, pura, vel conditionali, vel ex dotatione, vide Cap. Tolos. q. 273. & in Addit. ubi habes pulchra pro practica.

LIBRI, SEU CATASTICA.

Primo, libri tetragiorum, & computorum Prælatorum, vel Capitulorum, & aliorum dominorum, continentes censuales debitores, & emphyteutas ipsorum, & solutionem illorum, probant contra illos debitores, & censuales, & non contra alios, nisi esset consuetudo in contrarium, quod etiam facerent fidem contra omnes, Anch. *conf. 39. incipiente, primò de iuribus, col. 1.* Salic. *in l. exemplo, C. de prob.* Boer. *decis. 105. numero 13.* vide Covar. *pract. q. c. 22. pertolutum,* sed num. 8. dicit, quod libri rationum faciunt probationem, Novel. *de iure protim. §. quintus, numero 63. & 64. & infra, sed vide Batt. in l. nuda, de donat. ff.* & si Ecclesia probat solutiones decennales, habet intentionem fundatam, licet non doceat de titulo emphyteusis; sufficit enim ut illam alleget, & probet solutionem. Fel. *in c. cum Bertoldus, numero 38. de re iud.* Caputaq. *decis. 292. part. 1.* & per testes probatur solutio, & possessio, etiam si sint singulares, modò sint contestes in generali. Felin. *in caput. licet ex quadam, de test.* Caputaq. *decis. 342. p. 2.* Vide Germiu. *in cap. 1. vers. quero an petentes, de prescr. libr.*

6. licet remissive, & Abb. *in c. ad audi-entiam, numero 4.* dicit tene menti, quod creditur libro censuali antiquo alicujus Ecclesiæ, dummodo reperiatur in loco non suspecto, & ibi conservatur, & locus non suspectus dicitur Camera Episcopi, Abb. *ibid. n. 5.*

Secundo, solutio mercedis probat possessionem contra tertium, Boer. *loc. cit. numero 14.* & quando per famam probare sufficit dominium in antiquoribus, vide Boller. *in addit. ad Maran. 4. par. numero 57.* & quando attendantia, & census solutiones non probent dominium, vide Gom. *quest. 2. de exprim. valo. benef.* vide in ver. *dominium, registri an faciant fidem, vide Innoc. in c. de procurat.*

Tertiò, libri antiqui quomodo probent limites, seu terminos, similiter fama, & testes, & vide Abb. *in c. cum causam, de prob.* vide Pan. *in cap. pervenit, nu-2. & 3. de censib.*

Quartò, libri non possunt imprimis sine prævia licentia, & approbatione superioris, Conc. Later. sub Leo X. *sess. 10. §. sacro, & Concil. Trident. sess. 4. c. de editio. librorum, Leo X. Bul. 7. & Pius. IV. Bul. 98. qua incipit, cum per. & Bull. 108. qua incipit, cum inter.*

Quintò, libri mercatorum, thesaurarum, vel Conulum, quando probent, & quando non, vide Caputaq. *decis. 155. par. 2. & seq.*

Sextò, libri mercatorum probant usque ad summam ducatorum 20. Paul. III. *Bul. 47. qua incipit, Volentes, disponit, ut probent usque ad ducatos 30.*

Oo 2 LITIS